

Hermann Lembke

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Hermannus Lembke/ I.U.D.
ac Codicis Profess. Ad meditandam Dominicam Passionem, & fugienda Impia
Bacchanaliorum Ludicra, Cives suos Academicos, Studiosam vero cumprimis
Iuventutem serio paterneq[ue] adhortatur : [P. P. sub Sigillo Rectoratus ... cl Ic
LVIII.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1658]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73563128X>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS.

HERMANNUS Lemble/

J. U. D. ac Codicis Profes.

Ad meditandam

DOMINICAM PASSIONEM,

& fugienda Impia

BACCHANALIORUM

Ludicra,

Cives suos Academicos, STUDIOSAM

verò cumprimis JUVENTUTEM seriò pater-

nèq; adhortatur.



ROSTOCHI,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.



Ors DOMINI & CONSERVATO-
RIS nostri JESU CHRISTI, quâ salus
nostra nititur, semper meditanda no-
bis est; præcipuè tamen hoc Anni
tempore, quod in primis isti rei pia Antiquitas de-
stinavit, utpotè ipsum idem, quo pro nobis æterni
DEI Filius passus & mortuus est. Et ut quàm ma-
ximè seriò passionem & mortem eam meditaremur,
& de peccatis nostris, propter quæ DOMINUM no-
strum tantos cruciatus sustinere oportuit, dolere-
mus, & declinandi in posterum commodissimam
rationem iniremus, voluerunt Majores nostri, pri-
sci Christiani, & primæ Ecclesiæ Antistites, nos per
hosce ipsos, totiusq; omnino *Quadragesima* dies,
non modò sobriè, & luxus, comissionum, cra-
pulaq; expertes vivere, quomodò cæteroqui vi-
vendum est semper; sed sumtionem cibi ultra con-
suetam horam differre, & per integrum diem solâ
frugali cænâ (nisi tamen corporis aut operis non-
nullorum ratio evidenter & necessariò aliud exige-
ret) contentos esse, atq; adèò corpus jejuniis te-
nuare, ut mens ad DEUM liberior eò, puriorq;
ferretur. Enimverò intellectum antiquis Patri-
bus, Ecclesiarumq; Rectoribus est, sanctiori nul-
li curæ, minimè verò omnium isti, de quâ diximus,
meditationi vacare posse, qui plus assumerent cibi,
quam esurientes caperent, plusq; biberent, quàm
pudicis

pu-
dicis utile esse videretur. Nam cum distenderetur
crapulâ corpus, opprimi Spiritum, & velut
brutescere animam, & ad superna ac caelestia eri-
gere sese, tanquam sarcinâ aliquâ gravatam, mini-
mè posse. Appositè eleganterq; Synesius: ὅταν
ἐντροφῇ σώμα πλεῖστος αἰσθησῶν, ἀποστρέφει ψυχὴν ἀπὸ Θεοῦ.
Opumè etiam Prudentius:

Parcis victibus expedita corda.

Infusum melius DEUM recepit,

Hic pastus anima est, cibusq; verus.

Ipsi profectò Gentiles, ut præclari quid vel age-
rent, vel meditarentur, abstinentiæ cumprimis
studebant, & animam *fictam* optimam statuebant
esse, atq; sapientissimam. Cæterum in alia omnia
discessum hodiè est, factumq; adeò sive per avi-
sequioris malitiam, sive per, nescio, quas non ce-
chnas artesq; nequissimi, CHRISTOQ; nostro
contrarii semper Spiritus, ut nunquam magis lu-
xuria & omnis generis lasciviæ, quam nunc, ferve-
ant. Ita enim à multis potatur dies ac noctes, lu-
doq; ac joco indulgetur, ac si vel ipsis Gentibus
detestata BACCHANALIORUM festa celebranda,
non verò Redemptionis nostræ mysterium re-
colendum jam ante omnia, considerandumq;
paullo accuratiùs foret. Non temerè Thrax aut
Scytha aliquis induraturus in ea sit animum, quæ
committi hodiè in medio Christianismo, adeoq;
patrari ab iis videas, à quibus nefas ac flagitium

omne oportebat esse quàm alienissimum. Serpit
per ipsas etiam Academias tam monstruosum ma-
lum, adeò, ut nunquam magis libidini, impietati,
comissionibus, rixis, duellis, ac dimicationibus
operari, quàm hoc tempore, STUDIOSA JUVENTUS
soleat; non secus, ac si in officinis non honestatis
ac studiorum, sed intemperantiæ atq; nequitia;
non communiõne doctorum virorum, sed colluvi-
one Cycloporum Gigantumvè versaretur. Adeò sci-
licet nullum non vitium in se continent, exerceri
his potissimùm diebus solita, BACCHANALIA,
ut crimen vitiumq; omne supergrediantur, cer-
tumq; sit, vivere ea, personatasq; adeò pompas
ac ludicra per temulentiam atq; lasciviam institue-
re, rem detestandam fugiendamq; penitus Chri-
stiano esse. Nam sivè scruteris initia atq; originem,
sivè ipsam, ut sic loquamur, substantiam rei con-
sideres, omnia plus quàm gentilia, omnia impia
ac diabolica reperias. At verò nil commune Chri-
stiano cum profanissimis Gentium; nil commercii
CHRISTO cum Belial est; Aut igitur BACCHANA-
LIA desinenda sunt, aut de civitate CHRISTI ex-
eundum. Nemo temere duobus Dominis serviat,
Et fieri prorsus nequit, ut unus idemq; homo &
CHRISTO & Satanæ operetur. Si Diaboli insti-
tutum secuturus es, CHRISTO valedicas oportet;
Si CHRISTO te traditurus, Satanæ opera fugien-
da sunt.

da sunt. Et quis non Diaboli opus esse censeat,
bellum pietati indicere, pudorem decoquere, pro-
fligare honestatem; lasciviæ, nequitia, temulen-
tia, levitati permittere omnia? Inspice BACCHA-
NALIA: jurare habeas, aliter non constare. At
longè aliud sacramentum CHRISTI inculcat; quod
assiduè nos de sobrietate, sanctimoniâ, pudore &
disciplinâ admonet. Igitur esse CHRISTI discipu-
lus nemo potest, nisi qui BACCHANALIA, pro-
fœcundia omnis turpitudinis, ejuret. Nam faciem,
fictam gestare, mentiri effigiem, assumere quod
datum non est, à Diabolo Magistro discitur. Ne-
que enim alius mutare ostendit corpus, quam qui
malitiâ transfiguravit hominis Spiritum. Quod
nascitur DEI est; quod fingitur & interpolatur,
Diaboli est negocium. Viderint itaq; quid respon-
suri DEO opifici sint tam impij ritus consecranei,
quod fabricam ejus dissimulent, atq; divino operi,
prudentissimum Conditorem velut redarguentes,
ingenia Satanæ superinducant. Nihil nè pertinere
ad se existimant, quod apud Moysen DOMINUS
intonat: NON INDUETUR MULIER VESTE
VIRILI, NEC VIR UTETUR FOEMINEA: ABO-
MINABILIS ENIM APUD EUM EST, QUI
FACIT HÆC. Testantur Romanæ memoriæ,
postquam fœdisimi BACCHANALIORUM ritus,
deferente quodam Eburio adolescente, detecti
fuisent,

fuiſſent, Senatum in Myſtas & Symmyſtas impii
ſacri ſeverè animadvertiſſe, nec quieviſſe ſclerum
vindices gladios ante, quàm radicibus malum om-
nne amputaretur. Quòd ſi turpitudinem BAC-
CHANALIUM Saniores Ethnici deteſtati fuerunt,
quantomagis eorundem impietatem homo Chri-
ſtianus & fugiet, & execrabitur! Dolendum ve-
rò eſt, inveniri vel in medio Eccleſiæ, qui excuſa-
re aut palliare conati, neſcio cujus lætitiæ ac vo-
luptatis instrumenta, hæc ludicra pomparum dicti-
rent, atq; idcirco citra impietatis culpam uſurpa-
ri poſſe. Nam ſi vel maximè ita ſit (quanquam lon-
gè aliud teneamus) tamen iis reſervari temporis
bus debebant, quibus lætitiæ ac voluptati locus
eſt. Nunc autem laſcivire, indulgere genio, gau-
dia carnis procurare, voluptatum reſ ſectari, ubi
CONSERVATOR CHRISTUS, non ut ſibi con-
ſuleret, ſed ut nobis ſalutem acquireret ac vitam,
tot probra, tot contumelias, tot plagas ac vulne-
ra, & mortem deniq; ipſam paſſus eſt; id verò im-
pium deteſtandumq; penitus foret. *Pudeat* (eſt a-
pud Veterum non neminem) *membra luxuriari,*
ſub capite ſpinis coronato. Jam ſi in publica ſata-
intueamur, & afflictiſſimas vicinarum Gentium
reſ nobiſcum diligentius commentemur, quid vi-
deri inconuenientius queat, quàm ad hanc ſivè
impietatem ſivè vanitatem, animum adijcere eo
tempore


tempore, quo tot crudeles aliàs, & supra omnes
Tragædiarum atrocitates, horren di passim ludun-
tur ludi. Quos cum ita spectemus hætenus, ut
metuamus assiduè, ne & ipsi protrahamur in sce-
nam, & nobis nunc imponantur, quas alii susti-
nuerunt hucusq; lugendi ejulandiq; partes; de-
cebit utiq; magis cilicio corpus, quam pictâ veste
indui; squalere lacrimis faciem, quàm personâ
turpari; precibus, lamentis, gemitibus, quam cho-
reis, canticis, jubilis indulgere. Cæterum novâ
cumprimis emendatâq; vitâ opus erit. Neq; enim
pœnas criminum licebit effugere, si non ipsa cri-
mina fugerimus, aut temporum mutare statum,
nisi nos ipsos mutaverimus antè. Nil quicquam
enim questu & lacrimis profecerimus, nisi pro-
stratus humi, & sui pertasus animus accesserit, qui
& excreetur errores veteres, & diligenter sibi de
novis caveat, & in futurum adeò nil nisi sobrium
ac sanctum & volvat secum cogitans, & ipso dein-
ceps opere sedulo exprimat. Quis enim pœni-
tentia fructus speret, ubi vera pœnitentia non est?
Porrò ubi nulla est emendatio, pœnitentia vera
non fuit. Optimus proin errantibus hucusq; no-
bis portus erit, mutatio Consilii in melius. Ita de-
mum irati Numinis pacem impetrabimus; ita in-
stantis mali tempestatem dispellemus. Quapro-
pter agite, **STUDIOSI JUVENES**, & ita vitam insti-
tuite,

uite, sicut decet illos, qui CHRISTUM Magistrum ac
Ducem, non verò Satanam sequantur, qui ad nequicias, ad
libidines, ad intemperantiam invitat; quum ille ALTER
ad sobrietatem, ad sanctimoniam, ad innocentiam & pu-
ritatem vos vocet. Recordamini quæ tempora sint, quæ
rerum conditio. Quare cum maximè DEUS iis, quæ dixi-
mus, studiis, id est, emaculatiore vitâ, dein verò lacrimis,
orationibus, jejuniis (est autem verissimum jejunium,
cum sobriè vivimus, cum nihil facimus nequiter) flecti
ac pacari solet, tantò magis rebus hujuscemodi incum-
bere oportet, quantò magis DEI ope atq; auxilio nunc
indigemus. Hoc igitur agite, & sicuti à cæteris nequitiæ
artibus, ita præcipuè à toto BACCHANALIORUM
negocio vos abstinete, & omnem hujusce generis volu-
ptatum scenam tam impiam, quam ineptam & vanam,
detestamini seridò, abominamini, & nullo unquam tempo-
re revocandam abjicite. Cui profectò vacare non potest,
qui non à fædere illo, quod cum CHRISTO pepigimus,
resilire voluerit. Nam ex quo semel renunciavimus
Diabolo, & pompæ ejus, quicquid ex eâ
attigerimus, idololatria & sacrile-
gium, & perfidia erit.

P. P. sub Sigillo Rectoratus; ipsâ ESTO
MIHI Dominicâ, Anno recupera-
tæ gratiæ clò Io c LVIII.



tempore, quo tot crudeles aliàs,
 Tragædiarum atrocitates, horrendo
 tur ludi. Quos cum ita spectem
 metuamus assidue, ne & ipsi pro
 nam, & nobis nunc imponantur,
 nuerunt hucusq; lugendi ejulan
 cebit utiq; magis cilicio corpus, q
 indui; squalere lacrimis faciem,
 turpari; precibus, lamentis, gemiti
 reis, canticis, jubilis indulgere.
 cumptimis emendatq; vitâ opus
 pœnas criminum licebit effugere,
 mina fugerimus, aut temporum m
 nisi nos ipsos mutaverimus ante.
 enim questu & lacrimis profecer
 stratus humi, & sui pertasus animus
 & excretur errores veteres, & dil
 novis caveat, & in futurum adeò n
 ac sanctum & volvat secum cogitan
 ceptis opere sedulo exprimat. Qu
 tentiæ fructus speret, ubi vera poni
 Porrò ubi nulla est emendatio, po
 non fuit. Optimus proin errantibu
 bis portus erit, mutatio Consilii in
 mum irati Numinis pacem impetra
 stantis mali tempestatem dispellem
 pter agite, **STUDIOSI JUVENES, & i**



omnes
 udun-
 us, ur
 n sce-
 susti.
 s; de-
 veste
 rsonâ
 cho-
 novâ
 enim
 a cri-
 um,
 uam-
 pro-
 , qui
 i de
 rium
 dein-
 ceni-
 este
 vera-
 no-
 a de-
 a in-
 pro-
 nsti-
 aite,